

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Joachim Bellermann Johann Jacob Friedrich Sinnhold

Pavca De Inscriptionibvs Hebraicis Erfordiae Repertis

**Particvla IV : Academiae Electoralis Erfordiensis Rector Cvm Senatv Academicoo
Resvrrectionis Dom. I. C. Sacra Pie Celebranda Civibvs Indicvnt**

Erfordiae: Typ. Jo. Christ. Goerling, 1795

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160523>

Band (Druck) Freier  Zugang 

CIc-571⁴⁽⁴⁾



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1757160523/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160523/phys_0002)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1757160523/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160523/phys_0004)

DFG

ACADEMIAE ELECTORALIS ERFORDIENSIS
R E C T O R
C V M
S E N A T V A C A D E M I C O
RESVRRECTIONIS DOM. I. C.
S A C R A
PIE CELEBRANDA
CIVIBVS INDICVNT.



INEST DE INSCRIPTIONIBVS HEBRAICIS ERFORDIAE REPERTIS,
PARTICVL A IV.

ERFORDIAE 1795.
Typ. IO. CHRIST. GOERLING, ACAD. TYPOGR.

(Tc-5714(4))

ACADEMIAE LIBRARIÆ ET LIBRARIÆ
SOCIETATIS ACADEMICO
RESARCTIONIS DOMIC
BACRA
LIPSIENSIS
CIVITATIS INDIQVANT.



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ROSENTHAL
OF ALTONA

ROSENTHAL
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ALTONA



DE
INSCRIPTIONIBVS HEBRAICIS ERFOR-
DIAE REPERTIS.

PARTICVL A IV.

Cum ad sacra Paschatos solemnia pie riteque agitanda materiam aliquam discutere nobis propositum sit, eam, quam aliquoties iam tractauimus, iam ad finem perducere dimens est. Quamuis epitaphia hebraica, praeter illa quae antea exhibuimus, magnam partem sint corrupta et laesa, attamen et ista, ne incepta inconfecta deseramus, descripturi et exposituri sumus. Quo facto antiquitatis iudaicae amatores et collectores documentorum, in lapidibus Erfordiae conseruatorum, habebunt cippos

hebraice inscriptos omnes, quos huc usque hic detegere nobis licuit.

Quia viri eruditi diligentiam et industriam vrnis feralibus, lucernis sepulchralibus et reliquo omni cenotaphiorum apparatu effodiendo, describendo illustrandoque impensam non prorsus perditam habuerunt, quin potius eiusmodi conatibus antiquitatem accuratius cognosci pedetentim posse persuasi sint; non veremur, nobis operam qualemcumque in cippos Erfordienses explicandos adhibitam exprobratum iri.

Nec absonum fore putauimus tempori, quo memoriam Salvatoris nostri Iesu Christi sepulchro egressi et e mortuis suscitati probo corde celebramus, in formam et rationem lapidum horum sepulchralium inquirere, earundemque inscriptionum mentem explicare. Quare, anfractibus omnibus euitatis, reliquos cippos, quorum quatuordecim in nuperrimis programmatibus recensuimus, sumus interpretaturi.

XV.

Lapis decimus quintus in arena, quam vocant *auf dem Fischerfande* inueniebatur in aedibus Siebelianis, cum reparari illas curaret possessore. Saxum hoc ante quingentos et quod excurrit annos in memoriam Dominae IENTEL erectum, nunc culinae fusorum est, cui aqua infusa, tanquam canali abducitur. Huius lapidis nec non sequentis notitiam debemus amico nostro cel. Professori STIEGHAN.

תְּבָ

עֲדָת
 זֹאת הַמִּצְבָּה
 אֲשֶׁר פָּה עַל הַגֵּל
 הַזֹּה נִצְבָּה שְׁנָאָסְפָּה
 מִרְתָּה יְינְטְּוֵיל בֶּת רַ'
 רָוֵד בְּשַׁנְתָּה שְׁבָע
 וְעַשְׂרִים לְאַלְף

Verbotenus sic se habet:

Induebat ornatum
 hic cippus
 qui hic in tumulum
 hunc ergebatur, vbi sepulta est
 domina Ientel, filia Rabbi
 Dauid, anno septimo
 et vigesimo (1267 Chr.) millenarii (sexti).

Reliquae lineae desunt, quae, vt verisimile est, nil praeter votum
pium, e. g. „Anima eius sit ligata in fasciculo viuentium,”
continuerant.

XVI.

In aedibus STIEGHANIANIS, in via, dicta *die Meimer-*
sive Eimergasse, segmen cippi sepulchralis inuenitur, qui in lon-
gitudinem diuisus, camino lauatorii ita est insertus, vt tholo trans-
uerso inseruiat. Longitudo eius est circiter quatuor pedum rhe-

nanorum, latitudo vnius, densitas dimidii pedis. Ex situ eius transuerso liquet, characteres non erectos sed cubantes apparere. Linearum partes duntaxat posteriores adhuc conspiciuntur, quas, eadem forma qua nunc adparent, mutilas, in prima columna addponimus; liceat vero in secunda columna coniecturas qualescumque proferre, vt e vocibus et literis, quae restant, integrum tex-tum fortassis restituamus, eumque illustremus.

I	II
תְּרֵה	שְׁנִפְטָרָה
שְׁנִי	בַּיּוֹם שְׁנִי
בָּאֵל	מַהֲיוֹתָבָל
בְּרָהָם	בַּת אֶבְרָהָם
חַשְׁעִים	בְּשִׁנְתַּת חַשְׁעִים
לְפָ	לְפָ
בָּהָ	תְּנַצְּבָהָ

Ad verbum sic vertimus:

„ „ „ „ „
 (sepul) ta est
 (die) secundo
 (Meta) bel
 (filia A) brahami
 (anno) nonagesimo (1550 Christi)
 computi minoris.
 (sit anima eius) inter beatas!

Notae.

Notae.

1) Prima linea deest, quae, quantum ex analogia coniectari licet, nomen „**פָה**“ Hic, “ hoc loco, exhibuit.

2) **בָּאֵל** sunt literae finales nominis proprii foeminae, quae sepulta erat. Nullum aliud, quantum scimus, nomen proprium foeminarum praeterquam **מַהִיטְבָּאֵל** Metabel seu Mehetabel, inuenitur, quod finales **בָּאֵל** habeat. Hoc etiam erat nomen regiae Edomitiae Gen. 36, 39; quodque appellatiue sumtum, „Benevolentem Deum“ significat.

XVII.

In coemeterio sanctae crucis (vulgo *Krautskirchhof*) inter plures lapides, in angulo coaceruatos, sequentem deteximus, cuius literae incisae bene quidem conseruatae sunt; sed lapis in superiori parte mutilus, binis lateribus contusus et amputatus est, ita ut nunc formam piramydis fere constituat. Literae residuae sic se habent:

ש נ א
ש ר י ס ו ש
ח ש ש י ב ח ד
ת י ע ש ר נ י ח ל
ע ד נ ۰ ۰

Si coniectura philologica vti liceat, ea, quae amissa sunt, sequente modo suppleantur:

. . . ט נ א ס פ
כ ש נ ת ע ש ר י ס ו ש ש
ל א ל פ ה ש ש י ב ח ד ש
ב א ש ת י ע ש ר נ ו ח ל ו
ע ד נ ۰ ۰

Latini-

Latine:

qui congregatus est (sc. ad patres)
 anno vigesimo et sexto,
 millenarii sexti, (a. C. 1266) mense
 vndeclimo. Requies sit ei
 Eden! O O.

Obs. 1) **שְׁנָא** mutilum explemus per **שְׁנָא** quia lateris dextri **תְּשִׁיחַ** Samech adhuc apex adest, et idea moriendi seu sepiendi in omnibus his lapidibus occurrit, verbum **נָסֹת** quoque in monumentis IV et VII eodem nexu iam adfuit.

2) ante **תְּשִׁיחַ** **שְׁרֵיֶם** Ain adpositum, ex residuo apice inferiori **תְּשִׁיחַ** **ע** facile diuinandum esse putamus.

3) **וְשִׁ** absque dubio est numerus, vt ex **עֲשֵׂרִים** patet; at quinam numerus? difficile est dictu. Multifariam explicari potest, vel **שְׁנָה**, **שְׁנִי**, **שְׁלִשָּׁה**, **שְׁבֻעָה** et **שְׁמֻונָה**. Ex his numeris, qui, quod ad literas, non multum differunt, nec aetatem cippi admodum variant, praetuli **תְּשִׁיחַ** **שְׁשָׁה**, ob spatium, in quo, vt ex infra positis literis appetat, unica tantummodo litera locum habere potuit. Duo Schin spatium trium aliarum literarum vulgo exemplent.

4) **בְּשָׁנָה** supplendum censemus ob allatum numerum, qui, vt ex sequentibus **הַשְׁשִׁי** (**לְאַלְפַּי**) elucet, est numerus anni, quo **נָנָן** moriebatur; hoc nomen et aptissime spatium explet, et cum monumento VII, in quo verba **נָאָסָף בְּשָׁנָה** eodem ordine sequuntur, conuenit.

5) Ante **הַשְׁשִׁי** in linea tertia expectatur **לְאַלְפַּי**, quod congruit et ad morem numerandi in cippis alibi obseruatum, vid. V. VII. XL et ad spatium quod explendum est.

6) In

6) In שְׁנָאָסֶפֶת בְּחַדֵּשׁ טוֹב Schin ablati crus dextrum in lapide adhuc dignoscitur. Ceterum obseruamus, quod in hoc monumento loco טוֹב, יְרֵחַ חַדֵּשׁ in aliis epitaphiis obuii, positum sit.

7) **תִּיעַשֵּׂר** ita explemus, vt in Deut. 1, 3. occurrit, vbi eandem phrasin legimus **בְּעַשְׁתִּי עַשְׂרֵה** vndecimo mense. Mensis vndecimus, ob duplex initium anni, qui est vel ecclesiasticus vel politicus, antiquus vel nouus, dupli modo explicari potest. Anni ecclesiastici vndecimus mensis est Schebat, politici Ab, in Iulium coincidens. Posterior numerandi ratio hoc loco palmam sibi praeripit.

8) **נוֹחַ** ex sequente vocabulo Eden, ex consuetudine cum voto epitaphia finiendi, et ex spatio angusto explendo praesumimus ו in fine adfuisse, textumque sic restituimus **נוֹחַ לוֹ**. In hoc לֹא etiam causa est sita, quare antea **שְׁנָאָסֶפֶת** et non **נוֹחַ** legere voluerimus. Loco טוֹב phrasis **נוֹחַ לוֹ** ob euphoniam gutturalis praefertur; quamquam in foeminino crebrius **נוֹחָה** quam **נוֹחַ לה** occurrat.

9) Additis 240. et 26 habemus aetatem huius lapidis, annum Chr. 1266.

Quo lapidem hunc conseruaremus, eum in nostram domum in platea longi pontis (*Langebrücke*) deferri curauimus.

XVIII.

In domo ciuis cuiusdam nomine Sontag, in platea Marbachiana, ad portam S. Andreeae, casu inuenimus alium truncum. Superior lapidis pars abrupta deest, inferior vero pars tres lineas exhibet huius tenoris:

B

שְׁבָעַ לְאַלְפַּת שָׁתֶּן
 בִּירָה שְׁבָט בְּגַנְזָן
 נְרוֹ וְנֶפֶשָׁה תְּתַעֲרֵז
 anno septimo millenarii sexti (i. e. 1247 Chr.)
 mense Schbat. In horto
 splendoris eius (Dei) anima defunctae delectabitur!

Hunc cippum antiquissimis adnumerandum esse duximus.

XIX.

Lacinia lapidis sepulchralis est in via strata ad ripam fluuii dicti *die Hirschlache*, Kerschlache, Geraslache (Gerae lacus) in quadrante Iohannea. Quaerens eum inueniet, si in platea Iohannea, antequam e porta interiore exeat, in angiportum, vulgo *an der Mauer*, ad dextram deflectens, in ripa fluuii dicti, ceruorum seu Geranae lacus, passus circiter ducentos progrediatur. Attentus in via strata iuxta fluuii ripam eum facile deprehendet. Hoc lapidis frustum, e medio epitaphii excussum, nil continet praeter initia trium linearum, ordine sequente:

לִירָחָב
 בְּשֶׁלֶשׁ
 לְפָרָט

Voca-

Vocabulum primum est: *in tertio*, secundum: *mensis*, tertium
mutilum absque dubio est nomen mensis שְׁבָת Schbat, qui in
Ianuarium coincidit, et quartum Liphrat caton *secundum computum*
minorem.

XX.

Ad granarii electoralis portam, in vicinitate portae S. Mauritii est alias truncus cippi sepulchralis, qui de consilio in longitudinem diffisus, scamni vsui inseruit. In hoc vicini non tantum subinde sedent, sed et cultros suos falcesque exacuant, lapide nimirum arenaceo et ad hunc usum admodum idoneo. Describamus literas, quae in hac seimitabula visuntur, et reliquas, quae in parte abscissa forte fuerunt insculptae, conjectura critica expleturi sumus. Quanquam de audacia et vanitate conatus explendi ea, quae omnimode desunt, satis simus conuicti, in hoc tamen cippo, quo verba absentia e multis aliis huic similibus cippis augurari possumus, consilium diuinandi minus ridiculum esse videtur, praecipue cum supplementa nostra nihil aliud esse quam conjecturas exerciti gratia prolatas velimus. Ceterum vocabula omnia, quae hypothetice assumsimus, consona sunt vocabulis adhuc extantibus, nexui, genio et analogiae epitaphiorum hebraicorum, nec non explendo spatio, quod postulat, ut nec nimis, nec parum iusto adiiciatur, nam alioquin sculptor aliam dispositionem verborum, aliquam divisionem linearum parasset. His paucis de ratione consilii praelibatis adponimus in prima columnâ textum sicut adhuc in lapide restat, in secunda textum cum supplementis.

האבן הזרת	האבן
חוקמה לראש	הוקמה
מרת בשן בת	מרתביי
שמעאל הכהן	שמעאל
הנקברת בשש	הנקברת
ימים לירוח טבת	ימים לי
שנת	שנת
לפרט ק	לפרט
תְּנַצְּבָת	תְּנַצְּבָת

Id est. Lapis (hic)
 erectus est (iuxta caput)
 Dominae Bes (chan)
 Samuelis (sacerdotis)
 quae sepulta est (sexta)
 die men (sis Tebath)
 anni (. . . .)
 secundum compu(tationem minorem)
 Sit anima inter (beatas) !

Vocabula ex coniectura allata triplicis sunt generis, vel talia,
 quae certa sunt, cui generi adscribimus lineas octauam et nonam;
 vel quae verisimilia, vt in lineis 1. 2. 3. 6; vel arbitraria, 5 et 7.

Post מרת foeminae defunctae nomen locum habuit, de quo
 tantummodo ב, sequentibus duabus apicibus תְּ ש, adhuc cer-
 nitur.

XXI.

XXI.

Ad vallum Mauritii inuenimus lapidem huius tenoris.

שְׁבָט	נֹזֵל פְּרַט
נִפְשָׁר	יְהוָדָה בָּרֶךָ
אֲשֶׁר	יְהִיכָּלָקָו
בְּגַן	עַדְן עַמְּשָׁת

Id est:

Mense

Schbat (Ianuario) anno 57 comp. minor. (1297 Chr.)

discessit Iehuda, filius Rabbi

Ascheris. Sit portio (hereditas) eius
in horto Eden cum Deo.

In prima linea absque dubio fuit שְׁבָט, Mense.

¶. lineae quintae est scribendi compendium, quod multifariam explicari potest:

1) vel: עַם שְׁבָטִי cum omnipotente (Deo)

2) vel: עַם שְׁלֹוֹם cum salute (pace)

3). עַם שְׁטוֹן וּשְׁמַחָה cum gaudio et laetitia.

4) עַם שְׁמִינִית לְמַה נֹזֵח עַבְרֹו cum Sem, Iaphet, Lamech, Noah, Eber et reliquis patribus.

B 3


5)

5. עַם שָׂאֵר צְדִיקִים (cum ceteris iustis).

6. id. עַם שָׂאֵר הַצְדִיקִים (idem).

XXII.

Fragmentum ad aggerem S. Andreae in vicinia portae Mauritii inuentum, cuius pars superior et linearum initia desunt.



Hoc est:

Abraham

anno nonagesimo (1350 Chr.)

computationis (min.)

ligata in fasciculo beatorum,

XXIII.

Ad vallum Mauritii extat lapis, cuius forma a caeteris omnibus, quos inspeximus, differt, titulus enim ab inscriptione separatus appetet, estque huius figurae.

לְמוֹמָן יִשְׁלִינִין

בְּחַמֵּשָׁה יְמִים לִירָח
שְׁבָט נִקְבָּרֶר שְׁלָמָה
בָּרְמָנוֹן :: שְׁנָת
שְׁבָעִים וָשָׁאַלְפָרֶט
תְּנַצְּבָה

Hoc est:

Meditationi dicatum viri moerore affect!

Quinto die mensis

Schbat (Januarii) sepultus est Rabbi Schlonom,

filius Rabbi Menachem. Anno

septuagesimo et sexto computationis (minor.)

S. a. l. i. f. v.

(a. C. 1516)

Iam, *Ciues dilectissimi*, conuertimus nos ad id, a quo deflexit oratio nostra, Vosque ad memoriam resurrectionis Iesu Christi pie celebrandam enixe adhortamur, Abstineamus itaque ab inhonesto, corrigamus nostra vitia, contendamus ad sanctitatem, pietatem, fidemque, bene agendo non defatigemur!

Simus memores illius dicti auro pretiosioris, quod *Seneca Tragicus* nobis reliquit:

vbi non est pudor,
nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides;
instabile regnum est.

Nos

Nos omnes omnem dabimus operam, ne simus impii erga
commilitones, patriam et principem!

Implorabimus Deum, ut incolumem seruet EMINENTISSI-
MVM AC CELSISSIMVM PRINCIPEM ELECTOREM FRIDE-
RICVM CAROLVM IOSEPHVM S. sedis Moguntinae Ar-
chiepiscopum, S. Rom. Imperii per Germaniam Archicancellarium,
Principem et Episcopum Wormatiensem cet. cet. cuius sapientia,
longo vsu ad canam vsque aetatem exercitata, in salutem patriae
et commoda ciuium omnes vires suas conuertit, cuius cura diffi-
cultates temporum mire inninuit et felicitatem in dies auget.

Supplicabimur etiam Deo, ut tutetur atque custodiat REVE-
RENDISSIMVM AC ILLVSTRISSIMVM DOMINVM, DOMI-
NVM CAROLVM THEODORVM ANTONIVM LIB. BAR.
DE DALBERG, Archiepiscopum Tarsensem, Coadiutorem Mo-
guntinum, Wormatiensem et Constantiensem, nec non ciuitatis et
territorii Erfordiensis Proprincipem, Dominum nostrum clemen-
tissimum cet. cuius illustres atque excellentes virtutes omnium
oculos in se trahunt ac conuertunt, animosque rapiunt, studia la-
bentia erigunt et variis calamitatibus remedia optima reperiunt.

Nobis, *Cives dulcissimi*, bellum istud niiserandum, quo cen-
ties mille bonorum ciuium acerbissima fata experti sunt, incita-
mento sit, ut insignia beneficia, quibus hic Erfordiae fruiti sumus,
adhuc fruimur, et quod optamus, fruituri sumus, mente grata reco-
lamus, Deoque pro hocce favore gratias agamus maximas.

Ex Deo probo cordis ardore petituri sumus, ut literas, liber-
tatem, iura et religionem, quatuor illa sanctissima nostrarae reipu-
blicae fulcra, seruet atque custodiat.

Publ. sub Sig. Rect. Festo Paschatos 1795.








Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1757160523/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160523/phys_0023)

DFG



imum est: *in tertio*, secundum: *mensis*, tertium
ie dubio est nomen mensis טבת Schbat, qui in
cidit, et quartum Liphrat caton *secundum computum*

XX.

rii electoralis portam, in vicinitate portae S. Mau-
runcus cippi sepulchralis, qui de consilio in longi-
tudine, scandi vsui inseruit. In hoc vicini non tantum
litteras, sed et cultros suos falcesque exacuunt, lapide
aceo et ad hunc vsum admodum idoneo. Descri-
quae in hac semitabula visuntur, et reliquas, quae
issa forte fuerunt insculptae, conjectura critica
us. Quanquam de audacia et vanitate conatus
juae omnimode desunt, satis simis coniuncti, in
quo, quo verba absentia e multis aliis huic similibus
possimus, consilium diuinandi minus ridiculum
praecipue cum supplementa nostra nihil aliud
lecturas exercitii gratia prolatas velimus. Ceterum
quae hypothetice assumsimus, consona sunt voca-
tantibus, nexui, genio et analogiae epitaphiorum
nec non explendo spatio, quod postulat, vt nec
rum iusto adiiciatur, nam alioquin sculptor aliam
verborum, aliamque divisionem linearum parasset.
ratione consilii praelibatis adponimus in prima co-
sicut adhuc in lapide restat, in secunda textuni
ntis.

B 2

טבת